

**Rector Et Senatvs Academiae Rostochiensis : P. P. sub Sigillo Academiae d. VI.  
Mart. MDCCLVIII.**

[S.I.], 1758

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn791265757>

Druck Freier  Zugang



Leges etc  
Academie Rostochiensis

~~Universitäts-Archiv~~

~~Rostock, Sigill~~

~~RIA 4~~

~~RIA 4~~

~~K. e. — 47. <sup>1-69</sup>~~

56

LIBER  
ACADEMIAE




RECTOR ET SENATUS  
ACADEMIAE ROSTOCHIENSIS.



Qui belli iura pacisque mortales docuerunt, et ex ipsa rerum natura, quid, dum Martis aluntur semina, liceat deceatue, paeceperunt, litteratos cunctos, utpote quibus ingenii solius demandata est cultura, vel media inter arma tranquillitate donandos inoffensosque servandos esse, communi fere ore loquuntur. Quam vero egregie isti senserint, quam vere, quamque humanae rationi convenienter, vel omnis aevi historia probat, dum belligerantium rigorem Musis pepercisse docet, et a sacris ipsarum tectis manus nullo non tempore coercuisse summos bellorum Duces, luculenter tradit. Atque constare et hodie adhuc litteris istam dignitatem, neque nunc vilius haberi scientiarum cultores, alia inter, illustrissimum, quod gratissima mente Academia nostra veneratur, quodque ipsius felicitati prospicit, testatur exemplum. *Illustrissimus namque heros, summus Regii exercitus Campi Marescallus, Dominus IOANNES A LEHWALD,* Regii Borussici nigræ aquilæ ordinis eques auratus, etc. etc. quo litteras foveat favore et gratia, ita clementer gratioseque ordini nostro declaravit, ut animum sumere, nostraque Academiae perstituram et detimento caritatem felicitatem augurari certissimeque sperare iubeamur. Et in tanti HEROIS clementem, quae nobis contigit, promissionem, eam collocamus fiduciam, ut Vobis praecipue, *Commitones multum dilecti*, indicere istam, omnemque Vobis in tractandis litterarum studiis, ducendaque apud nos vita, securitatem, tranquillitatem, opportunitatemque gratiofa hac ILLVSTRIS-SIMI MAECENATIS promissione nixi, polliceri publica hac tabula, nulli dubitemus. Ita autem verecunde obsequioseque maximam hanc SVMMI HEROIS clementiam colere decet Vos atque oportet, ut ne indignum ista aliquod facinus, vel quod praesidiario nunc apud nos militi molestum foret incommodumve, vel committatis ipsi, vel a quoquam ordinis vestri committi finatis. Praecipue vero cunctos Vos singulosque monemus, ut sedulam in tractandis negotiis vestris curam nunquam deponatis, ut modestiae urbanitatique diligenter studeatis, et a vespertinis ac nocturnis praesertim coetibus, concentibus, omniq[ue] strepitu, maximo Vobis caveatis opere. Sic enim pace, quam DEVS Europae nunc tandem reddat! restituta, virtutis solertiaque Vestrae maturos capietis fructus.

P. P. sub Sigillo Academiac d. VI. Mart. cIɔ Iɔ CCLVIII.








IV. Qui cantitantes vel vociferantes per plateas vagantur, vel in diversoriis publicis, immo & in tricliniis priuatis aera concentibus implent, prima quidem vice noxam octo dieum carcere, & commensalis communis insuper unius mensis parentia, luent. Quod si post ~~hanc~~ <sup>hanc</sup> correctionem incorrigibiles se prodant, consilio abeundi, ~~hunc~~ <sup>hunc</sup> necessitas emigrandi eis imponetur.

V. Eidem poenae obnicto cogunt, vel per ambages a veteranis parandum, quo aduentur, sed prauis quoque sodalitiates, qui sumtu nouitii epulati subuntur, iis, qui mensa communab isto beneficio excludendis, inebriationes & ~~etiam~~ oriundacius impedianter, abhinc pl

VI. Poenae legum tr a Rectore & Concilio nec minno remittendae, sed ad tenore executioni mandandae eru

VII. Nocturnos strep bus incolarum vel personae & clamores inconditos vel hibuerunt: ita earum violat securitatis nocturnae & trans custodiae militari tradentur Rector Academiae vel de



qui nouitios vel direlliciunt ad conuiuium modo pecunia emungunt. Reliqui vero hospitierum carcere coercentur, per octo dies insuper menarum conuiuia, quo nes & rixae tanto efficiuntur.

bus iudicialiter decretae sec mutandae, nec omnianae, fine villa deprecatio-

s, tumultus & alia, quiuntur, facinora, immo ti iam seuerae leges intributoribus, quibus cura demandata est, deprehensi manebunt, vsque dum issione, vel in carcerem

academ-